

Maturità 2015

Un famoso medico, tastando il polso dell'imperatore Tiberio, ne pronostica la fine imminente: dopo pochi giorni l'imperatore viene creduto morto. Mentre Caligola inizia a gustare le primizie del potere, improvvisamente Tiberio si riprende...

(segue Tacito, Annales VI 50)

Iam Tiberium corpus, iam vires, nondum dissimulatio deserebat: idem animi rigor; sermone ac vultu intentus quaesita interdum comitate quamvis manifestam defectionem tegebat. Mutatisque saepius locis tandem apud promunturium Miseni consedit in villa cui L. Lucullus quondam dominus. Illic eum adpropinquare supremis tali modo compertum. *Erat medicus arte insignis, nomine Charicles*, non quidem regere valetudines principis solitus, consilii tamen copiam praebere. Is velut propria ad negotia digrediens et per speciem officii manum complexus pulsum venarum attigit. Neque fefellit: nam Tiberius, incertum an offensus tantoque magis iram premens, instaurari epulas iubet discumbitque ultra solitum, quasi honori abeuntis amici tribueret.

Charicles tamen *labi spiritum nec ultra biduum duraturum* **Macroni firmavit**. Inde cuncta conloquiis inter praesentes, nuntiis apud legatos et exercitus festinabantur. Septimum decimum kal. Aprilis *interclusa anima creditus est mortalitatem explevisse*; et multo gratantum concursu ad capienda *imperii primordia* **G. Caesar** egrediebatur, cum repente adfertur redire Tiberio vocem ac visus vocarique qui recreandae defectioni cibum adferrent. Pavor hinc in omnes, et ceteri passim dispergi, se quisque maestum aut nescium fingere; **Caesar in silentium fixus a summa spe novissima expectabat**. Macro intrepidus opprimi senem iniectu multae vestis iubet **discedique ab limine**. Sic Tiberius finivit octavo et septuagesimo aetatis anno.

No stato di salute ed età avanzata, da ricavare dal testo e per induzione dalla presenza di un famoso medico (induzione errata, peraltro, il testo induce a pensare a una casualità di presenza); no comportamento morale di Tiberio e giudizio che Tacito formula costantemente su di lui (la morte corrisponde al carattere di una persona e lo rivela quando esso sia celato); no instabilità e insofferenza di Tiberio (da ricavare da *mutatis saepiu locis*, che sembra però un rimedio alla malattia); no riferimento a luoghi in cui si svolge la vicenda; no chiarezza sui rapporti fra Tiberio e Caricle (*amicus*, non medico di fiducia)

- Rosso = espressioni comprensibili solo conoscendo bene Tacito
- Blu = espressioni che possono portare a errata interpretazione
- Grassetto = espressioni tecniche, da ricavare sulla base del contesto, ma insolite in assoluto, o per uso specifico
- Verde = personaggi o riferimenti non spiegati
- Marrone = elementi di correlazione andati persi (es. Val. Max. V 7 ext. 1)
- Corsivo = elementi contestualizzati